



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac  
planè obstupenda, de septem ec-  
clesiæ statibus,  
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem  
calamitatibus ex sanctor[um] pro-  
phetijs & ...**

**Pürstinger, Berthold**

**Coloniæ, 1531**

**VD16 ZV 12498**

De regnis & monarchijs hui[us] seculi. Ca. 48

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29969**

nostri correptionem conuertere dignetur, facta impræsentiarum mentione de quatuor regnis & monarchijs mundi, congruum est vt de eisdem regnis & eorū circumstantijs aliquid exponamus.

De regnis & monarchijs huius seculi. Cap. XLVIII.

§.c.44. §.1. in fine.

§.c.47. §.7

§.c.69. §.10  
 §.c.32. §.11  
 §.ca.49. §.20

§.c.47. §.8

§.c.46. §.9  
 §.ca.61. §.4  
 §.ca.50. §.3

§.c.2. §.3

§.ca.52. §.2 in fine

§.c.49. §.11

§.c.26. i. pr.  
 §.c.45. i. pr.

§.c. in pri.

**D**Aniel ait: Deus mutat tempora & ætates, transfert regna atq; constituit. Distinxit quoq; quatuor regna, quæ ab initio mundi hæcenus in gubernatiõe fuerunt. Post diluuium quippe Babylon fuit principiũ regni Nemroth in terra potentis. Daniel vero ponit, primum regnum aureum in Assyria vel Niniue fuisse per Ninum filium Beli inceptum, & durasse vsq; ad Sardanapalum, quem Cyrus seu Darius rex Perfarum vicit, constituitq; secundum in Media regnum argenteum. Quandoquidem dixerat rex Perfarũ, Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli. Deinde Alexander magnus percussit Dariũ regem Perfarum & Mædorum, & obtinuit omnium imperium. Tunc incepit æreum regnum, videlicet Græcorum, quod postea in quatuor regna diuisum est. Super quod tandem venerũt Trieres & Romani, per quos constitutum est ferreum regnum. f. Romanorum, in Esdra significatũ per aquilã, vt iam dictum est. Excelsus em̄ deus dominatur super regnũ hominum, & cuiuscunq; voluerit, dat illud. Iuxta voluntatẽ etenim suam facit, tam in virtutibus cœli, q̄ in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui eius.

**I** § Illa quatuor orbis regna, sunt quatuor magnæ bestię, quas Daniel describit inter alia, dicens: Regnũ quartũ, vtpote Romanorũ, erit terribile & in terra maius omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terrã & conculcabit & cõminuet eam. Nam Romanũ regnũ est maius dignitate, & sub eo Christiana religio per vniuersum mundũ cõminuit terrã. i. terras delicias. Post illud Romanorũ regnũ regnabit magnus Antichristus vsq; ad tẽpus & tẽpora & dimidiũ tẽporis, vt patet in Daniele, & plenius infra tradet. Eadẽ deniq; quatuor regna significantur per quatuor cornua à Zacharia visa, quæ ventilauerũt synagogã. Et secundũ vnũ intellectũ intelliguntur per quatuor animalia ab Ezechiele visa.

**II** § Methodius in super in suis reuelationibus de illis quatuor regnis refert, quomodo Ionitus quartus filius Noe primus inuentor astronomiæ, docuit Nemroth nepotem Cham ex Chus, in quibus influentijs astroꝝ deberet incipere regnare sup terrã, & adificata est Babylonia magna, in qua regnavit Nemroth. Per hoc dictũ Methodius non affirmat astrologiæ dogma, sed potius innuit, Ionitum ex arte astronomiæ finxisse astrologicã superstitionem, quã Nemroth docuit, ideo subiungit: Post hoc didicerunt omnes gentes constituere sibi regnũ, & pugnaverunt ad inuicem regna. Vterius Methodius ponit primũ flagellum synagogæ à rege Assyriorũ inscriptũ, dicens: Nemroth. i. Pharaõ, deuicit Aegyptũ, vbi filij Sem. i. Iudæi, fuerunt captiui. Deinde Methodius memoratur secũdi flagelli synagogæ, vbi ait: Nemroth gigas primus fundator Babyloniæ, Assyriorũ & Chaldæorũ metropolis, primũ super terram regnũ Babyloniæ super omnia regna gentiũ obtinuit primatũ, vsq; ad Nabuchodonosor, qui captiuauit Iudæos. Illud regnũ tẽpore sui filij Balthasaris cessauit, & per Dariũ filiũ Assueri Mædia ad Mædos & Persas & Aethiopes translaturũ est. Cuius successor Choris Perfarũ & Cyrus & Spartacus, nuncupatur, filios Israel Babyloniæ captiuos liberauit, Deinde Alexander magnus filius Philippi regis Macedonũ siue Græcorũ occidit Dariũ vltimũ regem Perfarũ. Tandẽ quartũ regnũ. f. Romanorũ inceptum à Romulo vel conuenientius ab Octauio Augusto, dicitur Christianorũ. Nam dignitas huius imperij obtinet venerationẽ, pollẽs per Iesum Christũ qui pepedit in cruce, sub qua orbis terrarũ munitur, ac fines mundi secundũ latitudinẽ, longitudinẽ, altitudinẽ, & profundũ cõseruant. Huc vsq; Methodius.

**III** § Illa præterea quatuor capita. i. principatus mundi & potestates tenebrarum sunt ex septem capitibus draconis vel bestię, quam Iohannes vidit de mari ascendentem, & habetẽm capita septem, & super eadem capita vidit nomina blasphemiarũ, quia singula sequuta sunt diabolu, deũ spernentia. Primũ caput fuit Cain, qui ecclesiam malignantium incepit, eĩq; præfuit, & adificauit primã ciuitatẽ

Danie. 2

Gene. 10

1. Esdr. 1.

1. Mach. 1.

§.c.47. §.7

Danie. 11.

4. Esdr. 11.

Danie. 4

Danie. 7

Zach. 1.

Ezech. 1.

Methodius.

Gene. 10

4. Re. 24. 25

4. Re. 24. 25

Danie. 5

1. Esdr. 1.

1. Mach. 1.

Ephe. 3

Luc. 22

Apo. 13

Gene. 4.

Psal. 25

DE MONARCHIIS HVIVS SECVLI.

- Gene. 10  
§.ca.25. §.5  
Thelospho.  
Apo. 17.  
Danie. 7  
Apo. 13  
Mat. 24  
Apo. 17  
Pfal. 74  
Esa. 60  
Osee. 1.  
Luc. 11.  
Di. 56. nasci,
- ciuitatem Enoch. Secundum caput fuit Nemroth, qui post diluuiū cœpit esse po-  
tens in terra, & erat robustus venator, i. oppressor aliorū. Tertium caput fuit re-  
gnū Assyriorū. Quartū, regnum Mœdoꝝ. Quintū, Græcoꝝ. Sextum Roma-  
noꝝ. Septimū & vltimū caput, Antichristus magnus. Ex hoc Thelosphorus ar-  
gumētat, adueniēte Antichro, Romanū imperiū extinctū iri. Iā dicitur septē vio-  
lentas potestates diuis scriba exponit, dicens: Septem capita sunt septē montes,  
super quos mulier, i. ciuitas diaboli sedet. Et reges septē sunt, quinque ceciderunt,  
vnus est, f. Romanus, & alius, f. Antichristus nondū venit, & quū venerit, oportet  
illū breue tempus manere, vtpote tribus annis cū dimidio. Octaua quoq; be-  
stia, f. Gog ascensura erat, & non est, de qua infra in fine libelli.
- III § Rursus ex Daniele elicitur, Romanū imperium diuidi in decem re-  
gna siue reges, in quantum ait: Ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis & fortis  
nimis, dentes ferreos magnos, & cornua decem habebat. De quorum medio cor-  
nu aliud paruulum ortum est, & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius.  
Porro cornua decem ipsius bestie, erunt decē reges, & alius (forsitan præscriptus  
tyrannus vel Turca infra scriptus) consurget post eos, & ipse Turca vel tyrannus  
potentior erit prioribus, & tres humiliabit, & sermones contra excelsū loque-  
tur, & sanctos altissimi conteret, & p̄t̄abit q̄ possit mutare tempora & leges, &  
tradentur in manu eius vsq; ad tempus. Item aquila, i. Romanum imperium de-  
plumat. De eo quoq; forte illud dicitur: Et datum est illi bellum facere cum san-  
ctis, & vincere eos. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit, hic est pa-  
t̄entia sanctorum. At in super saluator: Erit tunc tribulatio maxima, qualis non  
fuit ab initio mundi vsq; modo.
- V § Et licet præmissa principaliter magnū Antichristū tangāt per par-  
uulū cornui intellectu, quia obscuro genere nascetur, tamē referuntur etiā ad eius  
principales præcursores, ideo eadē omnia possunt intelligi de rege Turcæ, qui  
iactat se esse imperatorē orientālē, ad occidentis quoq; imperiū assidue aspirat, p̄  
hoc Romani imperij nomen sibi vsurpando. Ad quod facit illud Apocalypsis.
- Decem cornua, quæ vidisti, decē reges sunt, qui regnū nondū acceperunt, sed po-  
teitatem tanq̄ reges vna hora accipient post bestiam, f. post dictū tyrannum, hi  
vnum consilium habent & virtutē, ac potestātē suā bestie tradent, hi cū agno pu-  
gnabunt, & tandē agnus vincet illos & obtinebit monarchiam. Idem em̄ agnus  
inquit: Ego aut̄ omnia cornua peccatoꝝ confringam.
- VI § Sub Romano igitur regno, in quo ecclesia suum initium sumpsit, ip-  
sa etiam ruinam patietur. Et quamuis idem Romanum imperium durabit vsq;  
ad Antichristū, tamē ab Alemanis proculdubio vnā cū ecclesia aliquādo transfe-  
retur, quia gens & regnū, quod nō seruiert deo, peribit. Et ait dñs: Adhuc modi-  
cū quiescere faciā regnū Israel. Quippe Romanū imperiū, iam rege & defensore  
desolatū, intra se nequiter est diuisum mutuis principū & cōmunitatū Alemanie  
bellis, ideo desolabit, præsertim in Germania, vbi contumaces quidā & imperio  
Romano rebelles, id modo destruendi totamq; ecclesiasticā extirpandi dignita-  
tem in quā sumunt occasiōē in furioso principe Virtēburgēsi. Neq; res imperij  
prosperè succedere possunt ob inueteratū arrogantie dissidiū, quo principalia ec-  
clesie regna (quæ sunt, Italia, Germania, Gallia) ad inuicē laborant. In p̄senti de-  
niq; in fausto tumultu diabolus dissoluit manus Theutonū viroꝝ bellantiū, vt cū  
venerit Turca, inueniat nos inermes atq; tabefactos.
- VII § Et nisi deus optimus in bono Romanoꝝ rege deligendo ecclesie  
sue prouiderit, actū erit de nostra salute tēporali. Sperat aut̄ propediē electū iri  
in Cæsare illū potentissimū Carolū, quē digne genearcham Australē appellauerim,  
cui de nobilissima archiducum Austrie domo imperator Fredericus tertius  
proauus fuit, magnanimus quondā Maximilianus Cæsar auus, genitor aut̄ Phi-  
lippus trinam coronam vna die nactus. Ex quorum maiore decora potentia ac  
longo sanguine, pulchrisq; regiminibus & virtutibus Carolus nobilissimum no-  
men, ingenitātēq; clarissimā hæreditauit, etiā ad posteros transmittendam. Et  
quāuis non ex successione generis, sed ex voluntate virtutis nobilitas pensetur,  
quā
- Dis. 6. c. fi. §  
naturale  
I. ca. 61. §. 7.  
§. eo. §. 1. &  
I. eo. §. 6  
§ ca. 38 §. 5.  
& I. c. 60. § 7  
I. c. 68. §. 6  
I. ca. 61. §. 8  
§ c. 44. §. 5  
& I. c. 49. §. 1  
§ c. 41. §. 6.  
& I. c. 49 § 10  
I. c. 49. §. 5.  
§ c. 47. §. 9  
& I. c. 61. §. 4  
I. c. 61. §. 8  
§. c. 44. i pr  
& I. c. 61. i pr  
§. c. 47. §. 9  
§. c. 46. §. 31  
& I. eo. §. 10  
I. ca. 69. §. 9  
§. eo. §. 3. &  
I. c. 69. §. 10  
§. c. 39. §. 4  
§. c. 47. §. 7  
& I. eo. §. 10  
§. c. 24. §. 8.  
§. c. 44. §. 12  
I. c. 61. §. 3 i fi.  
I. eo. §. 10  
§. c. 47. §. 6  
& I. c. 49. §.  
8. in fine.  
§. i pri. plo.

¶ ca. 26. §. 7 quoniã genus & proavos & quæ non fecimus ipsi, vix ea nostra voco. Quid ge-  
 nus aut proavos strepitis si primordia nostra, auctorẽq; deũ spectes? Tamen ge-  
 nealogia naturali frequenter ex bonis generantur boni, vnde sanguinis nobilitas  
 cõtrahitur eo qd alicuius maiores fuerunt sapientes, magnanimi, potẽtes virtuti-  
 bus, opibusq; præditi. Hinc filius patris dignitatẽ sequitur, quia filij cõplexionis  
 similitudo causare præsumitur conformitatẽ morũ ac imitationẽ paternæ ope-  
 rationis. Ad hoc accedit quædã propheta, si dici meretur, quæ post natale dicti  
 Caroli de eo fertur Anno dñi. 1505. in Italia apparuisse. Cuius exemplar (vt initij  
 meminim) hoc anno in manus meas peruenit, sequenti sub tenore.

Oui. met. 15.  
 Fabula. 1.  
 Boet. de cõf.  
 3. Metro. 6  
 32. q. 4. c. re-  
 currat. C. de  
 nup. l. furio.

C. de digni.  
 l. senat. li. 12.

VIII § Carolus Philippi exprogenie filius, erit longus fronte, habebitq;  
 alta supercilia, oculos grandiores, nasum aquilinum, coronabitur iuxta suã æta-  
 tis annum quartumdecimum, vel secundum aliam scripturam, iuxta sextumdecimi-  
 mum, hic magnum congregabit exercitum. Cunctos destruet tyrannos sui re-  
 gni. Nanq; tanq; sponsus & sponsa ab illo iustitia sociabitur, bella geret vsq; ad vi-  
 gesimum quartum sui regni annum. Anglos, Hispanos, necnon Arrogonas, &  
 Gallos ac Germanos subiugabit, Romam euertet cum Florentia atq; igne combu-  
 ret, binas habebit coronas, & postea mare transgredietur cum magno exerci-  
 tu, Græciam introibit, rex Græcorum, Chaldæorum, Turcarum, Asperorũ, ac  
 Barbarorum & Palestinorum nominabitur, Georgianas subiget, & legem con-  
 stituet, vt si quis crucem nõ adorauerit, moriatur, nulla interueniente remissioe.  
 Erit em̄ semper cũ ipso brachium diuinũ, & possidebit totius prope terræ domi-  
 nium vniuersale, quod quũ fecerit, sanctos & sanctus iure vocabitur. Postquã san-  
 ctam venerit Hierosolymã, accesseritq; ad montem oliuæ, deponet coronã de  
 capite suo, referetq; gratias deo, dabitq; spiritũ miraculis & signis Anno trigesi-  
 mo quinto regni sui, Hic ab angelo coronabitur tanq; patriæ pater. Erit primus  
 imperator post Fredericum tertium.

Præfagium  
 Caroli.

§. ca. 39. §. 8  
 & §. c. 43 §. 5  
 & §. c. 53. §. 9

§. c. 24. §. 1.  
 & §. c. 49 §. 2  
 §. c. 49. in fi.

IX § Id verificabitur si Carolus iam in Cæsarem, vtinã absq; ambitõne,  
 & auaritiæ practica, legitime eligetur, Romani imperij coronam consequuturus  
 Tunc habebimus signum quod præscripta reuelatio à deo emanauerit, & non sit  
 ab homine per tumorẽ vel adulationẽ excogitata. Alioquin eadẽ pronosticatio  
 præsumitur esse astrologica seu mathematica cõpositio. Genethliaci quidẽ nata-  
 licios dies considerant, futura auspicantur, geneses hominũ per duodecim cœli  
 signa describunt, inde nascentiũ mores, actus & euentus p̄dicere conant. i. quo &  
 quali signo vel horoscopo fuerit natus, & quẽ effectũ vitæ habeat q̄ nasciturã-  
 tur. Huius mathesis interpretatio olim cõcessa fuit tribus Magis, vt natũ annun-  
 tiarent Christũ. Quo nato neminẽ vltra alicuius natiuitatẽ de cœlo interpretari  
 decet, qm̄ gentilium obseruationes tenere Christianis non licet.

i. Cog. 15

§. ca. 26. §. 6  
 & §. c. 46 §. 1  
 & §. c. 53. §. 4

§. c. 3. §. 1.  
 §. c. 15. §. 15  
 §. ca. 58. §. 18

26. q. 5. nõ li.  
 §. c. 52. §. 5

X § Heu omni omine ac indicio infirmũ atq; caducũ apparet imperium  
 Alemanorũ, qui imposterum exteris subijcientur dominis. Siquidem reges Iuda  
 postquam reliquerant legem altissimi & contempserant timorem dei, dederunt  
 regnũ suum alijs & gloriã suã alienigenæ genti, vtpote Romanis. Quocirca res-  
 ponderunt Iudæi: Non habemus regẽ nisi Cæsarem. Ita timendũ est, ne non so-  
 lũ Alemanni, sed & cæteri Christiani aliquãdo habituri sunt regem alienũ. Porrò  
 regnũ de gente in gentẽ transfertur propter iniustitias. Nã remota iustitia quid  
 sunt regna, nisi magna latrocinia? Tale latrocinium est hodie regnũ Germanorum  
 qui rapinis infudantes, omnẽ negligunt iustitiam, & inter se ipsos potius gladio,  
 & violentia, quã iure seu æquo vtuntur. In ecclesia itaq; occidentali videtur  
 nũc incepta gladij plaga, tũ per disturbia in Christianos principes, tũ etiam per  
 insidias Turcarum, de quibus modo sequitur.

§. de elect.  
 venlem.  
 §. c. 17. §. 16  
 & §. c. 26 §. 7

Mar. 2

§. eo. §. 6. &  
 §. c. 39. §. 1. &  
 §. c. 49. §. 20

§. c. 62. §. 2  
 §. eo. §. 5. &  
 §. c. 49. §. 16.  
 §. ca. 40. §. 2

§. eo. §. 6. &  
 §. ca. 49. §. 8

¶ De Turcis & de plaga gladij. Cap. XLIX.

**D**ocet scriptura nos fugere à facie gladij, quoniã vltor iniquitatum gla-  
 dius est. In die aut̄ ista visitabit dñs in gladio suo duro & grandi & for-  
 ti. Nã inter alias aduersitates, quibus deus suã ecclesiã aliquot annis ha-  
 ctenus conteri permisit, venit in primis gladius, qui est incurfus po-  
 tissime Turcas, quorũ gens potest intelligi per Gog & Magog, de quibus postea.

Iob. 19  
 Esaia. 27  
 Ezech. 30  
 Nempe

§. ca. 54. §. 2.

§. c. 38. §. 4.  
 & §. c. 50 §. 2

§. c. 28. i. pri.